

# BIBLIA SACRA

VULGATÆ EDITIONIS

*Sixti V. & Clementis VIII. Pont. Max. auctoritate recognita.*

EDITIO NOVA,  
NOTIS CHRONOLOGICIS,  
HISTORICIS ET GEOGRAPHICIS  
ILLUSTRATA.



PARISIIS,

Excudebat Antonius Vittré.

Apud ANTONIUM DEZALLIER, viâ Jacobcâ,  
sub Corona aurea.

---

M. DCCII.

*Cum Privilegio Regis, & Approbatione Doctorum.*

11 dixit ad filium suum: Non sum fraudatus aspectu tuo: insuper ostendit mihi Deus semen tuum.

12 Cúmque tulisset eos Joseph de gremio patris, adoravit pronus in terram.

13 Et posuit Ephraim ad dexteram suam, id est, ad sinistram Israel: Manassen verò in sinistra sua, ad dexteram scilicet patris, applicuitque ambos ad eum.

14 Qui extendens manum dexteram, posuit super caput Ephraim minoris fratris: sinistram autem super caput Manasse, qui major natu erat, commutans manus.

15 ¶ Benedixitque Jacob filiis Joseph, & ait: Deus, in cuius conspectu ambulaverunt patres mei Abraham, & Isaac, Deus qui pascit me ab adolescentia mea usque in presentem diem:

16 ¶ Angelus, qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris istis: & invocetur super eos nomen meum, nomina quoque patrum meorum Abraham, & Isaac, & crescant in multitudinem super terram.

17 Videns autem Joseph quòd posuisset patrem suum dexteram manum super caput Ephraim, graviter accepit: & apprehensam manum patris levare conatus est de capite Ephraim, & transferre super caput Manasse.

18 Dixitque ad patrem: Non ita convenit, pater: quia hic est primogenitus, pone dexteram tuam super caput ejus.

19 Qui renuens, ait: Scio, fili mi, scio: & iste quidem erit in populo, & multiplicabitur: sed frater ejus minor, major erit illo\*: & semen illius crescet in gentes.

20 Benedixitque eis in tempore illo, dicens: In te benedicetur Israel, atque dicitur: Faciat tibi Deus sicut Ephraim, & sicut Manasse. Constituitque Ephraim ante Manassen.

21 Et ait ad Joseph filium suum: En ego morior, & erit Deus vobiscum, reducetque vos ad terram patrum vestrorum.

22 Do tibi partem ¶ unam extra fratres tuos, quam tuli de manu ¶ Amorrhæi in gladio & arcu meo.

## CAPUT XLIX.

Jacob singulis filiis suis benedicens, & quorundam defectus arguens, futura illis prædicit, tandemque declarato sepulturae suae loco moritur.

1 Vocavit autem Jacob filios suos, & ait eis: Congregamini, ut annuntiem quæ ventura sunt vobis in diebus novissimis.

2 Congregamini, & audite, filii Jacob, audite Israel patrem vestrum:

3 Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei: prior in donis, major in imperio.

4 Effusus es sicut aqua, non crebas: ¶ quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum ejus.

5 Simcon & Levi fratres: vasa iniquitatis bellantia.

6 In consilium eorum non veniat anima mea, & in cœtu illorum non sit gloria mea: ¶ quia in furore suo occiderunt virum, & in voluntate sua suffoderunt murum.

7 Maledictus furor eorum, quia pertinax: & indignatio eorum, quia dura: ¶ dividam eos in Jacob, & dispergam eos in Israel.

8 Juda, te laudabunt fratres tui: manus tua in cervicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filii patris tui.

9 ¶ Catulus leonis Juda: ad prædam, fili mi, ascendisti: requiescens accubivisti ut leo, & quasi leona, quis fuscitabit eum?

10 ¶ NON AUFERTUR sceptrum de Juda, & dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium.

11 Ligans ad vineam pullum suum, & ad vitem, ð fili mi, asinam suam. Lavabit in vino stolam suam, & in sanguine uvæ pallium suum.

12 Pulchriores sunt oculi ejus vino, & dentes ejus lacte candidiores.

13 Zabulon in litore maris habitabit, & in statione navium pertingens usque ad Sidonem.

14 Issachar asinus fortis accubans inter terminos.

15 Vidit requiem quòd esset bona: & terram quòd optima: & supposuit humerum suum ad portandum, factusque est tributis serviens.

16 Dan judicabit populum suum \* sicut ¶ & alia tribus in Israël.

17 Fiat Dan coluber in via, cerasites in semita, mordens unguis equi, ut cadat ascensor ejus retrò.

18 SALUTARE tuum expectabo, Domine.

19 Gad, accinctus præliabitur ante eum: & ipse accingetur rectorum.

20 Aser, pinguis panis ejus, & præbebit delicias regibus.

21 Nephthali, cervus emissus, & dans oquia pulchritudinis.

22 ¶ Filius accrescens Joseph, filius accrescens & decorus aspectu: filia discurre- runt super murum.

23 Sed exasperaverunt eum, & jurgati sunt, invideruntque illi habentes jacula.

24 Sedit in forti arcus ejus: & dissoluta sunt vincula brachiorum & manuum illius per manus potentis Jacob: inde pastor egregius est lapis Israel.

25 Deus patris tui erit adjutor tuus, &

¶ Heb.

21. 21.

¶ Sup. 31.

29. 32. 2.

Matt.

18. 10.

\* Pro-

pter re-

gnum

Israel

quod in

posteri-

tate E-

phraim

ceptum,

diuque

confer-

vati est.

1. Reg.

11. 26.

Itaque

Prophe-

ta, illud

regnum

Ephraim

sepe no-

minant.

† Hebr.

Sechem

quod æ-

nigmari

cè ipsum

locum si-

gnificat.

Unde

Joan. 4.

5. dicitur

Jacob il-

lud præ-

dium vi-

cinum

urbi Si-

char

(quæ est

Sichima)

dedisse

filio suo

Joseph.

Vid. Jos.

16. 1.

19.

¶ Jos. 24.

8.

¶ Deut.

33. 6.

omnipotens benedicit tibi benedictionibus  
caeli desuper, benedictionibus abyssi jacentis  
deorsum, benedictionibus uberum & vulvae.

26 Benedictionis patris tui confortatae  
sunt benedictionibus patrum ejus: donec  
veniret desiderium collium aeternorum: sicut  
in capite Joseph, & in vertice Nazarae inter  
fratres suos.

27 Benjamin lupus rapax \*, mane com-  
medet praedam, & vespere dividet spolia.

28 Omnes hi in tribubus Israel duodecim:  
haec locutus est eis pater suus, benedixitque  
singulis, benedictionibus propriis.

29 Et praecipit eis, dicens: Ego congre-  
gor ad populum meum: sepelite me cum pa-  
tribus meis in spelunca duplici, quae est in  
agro Ephron Hethae:

30 contra Mambre in Terra Chanaan, ||  
quam emit Abraham cum agro ab Ephron  
Hethae in possessionem sepulchri.

31 Ibi sepelierunt eum, & Saram uxore  
ejus: ibi sepultus est Isaac cum Rebe-  
ca conjuge sua: ibi & Lia condita jacet.

32 Finitisque mandatis quibus filios in-  
struebat, collegit pedes suos super lectulum,  
& coibit: appositusque est ad populum suum\*.

CAPUT L.

*Joseph corpus patris curans cum senioribus Aegypti  
proficitur, ut in terra Chanaan sepeliat; quo magna  
solemnitate peracto, fratres ob irrogatum illi  
injuriam sibi timentes, benigne suscipit & consolatur:  
qui ubi mandatum dedisset de suis ossibus in  
Terram Chanaan deferendis, in pace quiescit.*

1 **Q**uod cernens Joseph, ruit super faci-  
ciem patris fletus & deosculans eum.

2 Praecipitque servis suis medicis ut aroma-  
tibus condirent patrem.

3 Quibus iussa explentibus, transferunt  
quadragesima dies: iste quippe mos erat ca-  
daverum conditorum: flevitque eum Aegy-  
ptus septuaginta diebus.

4 Et expleto planctu tempore, locutus  
est Joseph ad familiam Pharaonis: Si inveni  
gratiam in conspectu vestro, loquimini in  
auribus Pharaonis:

5 eo quod pater meus adjuraverit me, di-  
cens: En morior, in sepulchro meo || quod  
fodi mihi in terra Chanaan, sepelies me.  
Ascendam igitur, & sepeliam patrem meum,  
ac revertar.

6 Dixitque ei Pharao: Ascende & sepeli  
patrem tuum sicte adjuratus es.

7 Quo ascendente, ierunt cum eo omnes  
senes domus Pharaonis, cunctique majores  
nati Terrae Aegypti:

8 domus Joseph cum fratribus suis, ab-  
que parvulis & gregibus, atque armentis,  
quae dereliquerant in Terra Gesen.

9 Habuit quoque in comitatu currus &

equites: & facta est turba non modica.

10 Veneruntque ad Aream Atad, quae  
sita est trans Jordanem: ubi celebrantes ex-  
equias planctu magno atque vehementi, im-  
pieverunt septem dies.

11 Quod cum vidissent habitatores Ter-  
rae Chanaan, dixerunt: Planctus magnus est  
iste Aegyptiis. Et idecirco vocatum est no-  
men loci illius, Planctus Aegypti.

12 Fecerunt ergo filii Jacob sicut praece-  
perat eis:

13 Et portantes eum in Terram Cha-  
naan, || sepelierunt eum in spelunca dupli-  
ci; || quam emerat Abraham cum agro in  
possessionem sepulchri ab Ephron Hethae  
contra faciem Mambre.

14 Reversusque est Joseph in Aegyptum  
cum fratribus suis, & omni comitatu, se-  
pulto patre.

15 Quo mortuo, timentes fratres ejus,  
& mutuo colloquentes: Ne forte memor sit  
injuriam quam passus est, & reddat nobis om-  
ne malum quod fecimus,

16 mandaverunt ei, dicentes: Pater tuus  
praecipit nobis antequam moreretur,

17 ut haec tibi verbis illius diceremus:  
Obsecro ut obliviscaris sceleris fratrum  
tuorum, & peccati atque malitia quam  
exercuerunt in te: nos quoque oramus ut  
servis Dei patris tui dimittas iniquitatem  
hanc. Quibus auditis flevit Joseph.

18 Veneruntque ad eum fratres sui: &  
proni adorantes in terram, dixerunt: Servi  
tui sumus.

19 Quibus ille respondit: Nolite timere:  
num Dei possumus resistere voluntati?

20 || Vos cogitatis de me malum: sed  
Deus vertit illud in bonum, ut exaltaret me, sicut  
in praesentiarum cernitis, & salvos faceret  
multos populos.

21 Nolite timere: ego || pascam vos &  
parvulos vestros: consolatusque est eos, &  
blandè ac leniter est locutus.

22 Et habitavit in Aegypto cum omni  
domo patris sui: vixitque centum decem  
annis. Et vidit Ephraim filios usque ad ter-  
tiam generationem. || Filii quoque Machir  
filii Manasse nati sunt in genibus Joseph.

23 Quibus transactis, || locutus est fra-  
tribus suis: Post mortem meam Deus visi-  
tabit vos, & ascendere vos faciet de terra  
ista ad terram quam juravit Abraham, I-  
saac, & Jacob.

24 Cumque adjurasset eos, atque dixisset:  
Deus visitabit vos: || asportate ossa mea vo-  
biscum de loco isto:

25 mortuus est, & expletis centum decem  
vita suae annis. \* Et conditus aromatibus,  
repositus est in loco in Aegypto.

\* Imple-  
tum in  
Saulo, si-  
ve Pau-  
lo. An-  
gust.

|| Sup. 23.  
17.

\* An. M.  
2315.  
Ant. Ch.  
1689.

|| 18. 7.  
16.  
|| Sup. 23.  
16.

|| Sup. 45.  
5.

|| Sup. 47.  
12.

|| Num.  
32. 39.  
|| Heb.

|| Ex. 13.  
19.

|| Jos. 24.  
32.

|| An. M.  
2369.

|| Anr. Ch.  
1635.

|| Cum per  
annos 80.  
Aegypto  
praevis-  
set.

|| Sup. 47.  
29.

# LIBER EXODI,

## HEBRAICE

### VEELLE-SEMOTH.

*S*ecundus Mosis liber Græcè dicitur EXODOS, id est, Exitus, ab insigni illa discessione, quâ filii Israel, relicta Ægypto, in libertatem se vindicarunt. Hebraicè verò VEELLE-SEMOTH, id est, Et hæc nomina; à primis ipsiusmet libri dictionibus, nuncupatur. Continet autem duram populi Israelitici servitutem, admirandam ejusdem liberationem, Divina Legis promulgationem: Denique res per 145. annos gestas, à morte Josephi scilicet, ad erectum Tabernaculum. Quod sic describitur.

A morte Josephi, ad nativitatem Mosis  
A nato Mose ad exitum ex Ægypto  
Ab exitu ad erectum Tabernaculum

an. 64. Chronol. c. 1.  
an. 80. Exod. 7. 10.  
an. 1. Exod. 40. 17.

Quæ si addatur ad annos in Genesi comprehensos  
Exurget, à creatione mundi, annorum numerus

summa  
145.  
2369.  
2514.

## CAPUT PRIMUM.

*NOMINA FILIORUM ISRAEL QUI ÆGYPTUM INGRESSI SUNT, quorum multiplicationem novus Pharaon frustra impedire vitium ovium impositione, masculorum cæde ac submersione: de obstetricum miseratione, & earum à Deo præmiatione.*

Genes.  
46. 8.



Hæc sunt nomina filiorum Israel qui ingressi sunt in Ægyptum cum Jacob: singuli cum domibus suis introierunt:

2 Ruben, Simeon, Levi, Judas,

3 Illachar, Zabulon & Benjamin.

4 Dan, & Nephthali, Gad, & Aser.

5 Erant igitur omnes animæ eorum, qui

¶ *V. Gen.* egressi sunt de femore Jacob, septuaginta: ||  
46. 27. Joseph autem in Ægypto erat.

6 Quo mortuo, & universis fratribus ejus, omnique cognatione illa,

¶ *Ab. 7.* 7 || filii Israel creverunt, & quasi germinantes multiplicati sunt: ac roborati nimis, impleverunt terram.  
17.

\* Ramefes-Miamun qui per 66. ann. regnavit; ab ann. mundi 2427.

8 Surrexit interea rex novus super Ægyptum, qui ignorabat Joseph;

9 & ait ad populum suum: Ecce, populus filiorum Israel multus, & fortior nobis est.

10 Venite, sapienter opprimamus eum, ne forte multiplicetur: & si ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis nos-

tris, expugnatique nobis egrediatur de ad ann. 2494.

11 Præposuit itaque eis magistros operum, ut affligerent eos oneribus: edificaveruntque urbes tabernaculorum Pharaoni, Phithom, & Ramefes.

12 Quântoque opprimebant eos, tantò magis multiplicabantur, & crescebant:

13 oderantque filios Israel Ægyptii, & affligebant illudentes eis: quod lin-  
guâ Ægypt. a-  
quam si  
gnificat.

14 atque ad amaritudinem perducebant vitam eorum operibus duris luti, & lateris, omnique famulatu, quo in terræ operibus premebantur.

15 Dixit autem Rex Ægypti obstetricibus Hebræorum: quarum una vocabatur Sephora, altera Phua,

16 præcipiens eis: Quando obstetricabitis Hebræas, & partus tempus advenit: si masculus fuerit, interficite eum: si femina, reservate.

17 Timuerunt autem obstetrices Deum, & non fecerunt juxta præceptum regis Ægypti, sed conservabant mares.

18 Quibus ad se accersitis, rex ait: Quid-

nam est hoc quod facere voluistis, ut pueros servaretis?

19 Quæ responderunt: Non sunt Hebrææ sicut Ægyptiæ mulieres: ipsæ enim obstetricandi habent scientiam, & priusquam veniamus ad eas, pariunt.

20 Bene ergo fecit Deus obstetricibus: & crevit populus, confortatusque est nimis.

21 Et quia timuerunt obstetrices Deum, ædificavit eis domos.

22 Præcepit ergo Pharaon omni populo suo, dicens: Quidquid masculini sexus natum fuerit, in flumen projicite: quidquid fœminini, reservate.

CAPUT II.

*Moses aquis expositus, & inde extractus, ac à matre sua nutritus iussu filia Pharaonis, quæ ipsum adoptavit, propter Ægyptii cædem in Madian metu regis fugit; ubi acceptâ uxore filia sacerdotis, duos genuit filios.*

1 **E**gressus est post hæc vir de domo Levi: & accepit uxorem stirpis suæ.

2 Quæ concepit, & peperit filium: & videns eum elegantem, abscondit tribus mensibus.

3 Cumque jam celare non posset, sumpsit fuscillam scirpeam, & linivit eam bitumine ac pice: posuitque intrus infantulum, & exposuit eum in carecto ripæ fluminis,

4 stante procul sorore ejus, & considerante eventum rei.

5 Ecce autem descendeat filia Pharaonis ut lavaretur in flumine: & puellæ ejus gradiebantur per crepidinem alvei. Quæ cum vidisset fuscillam in papyrione, misit unam è famulabus suis: & allatam

6 aperiens, cernensque in ea parvulum vagientem, miserta ejus, ait: De infantibus Hebræorum est hic.

7 Cui soror pueri: Vis, inquit, ut vadam, & vocem tibi mulierem Hebræam, quæ nutrire possit infantulum?

8 Respondit: Vade. Perrexit puella, & vocavit matrem suam.

9 Ad quam locuta filia Pharaonis: Accipe, ait, puerum istum, & nutri mihi: ego dabo tibi mercedem tuam. Suscepit mulier, & nutritivum puerum: adultumque tradidit filia Pharaonis.

10 Quem illa adoptavit in locum filii, vocavitque nomen ejus, Moyses, dicens: Quia de aqua ruli eum.

11 In diebus illis postquam creverat Moyses, egressus est ad fratres suos: viditque afflictionem eorum, & virum Ægyptium percipientem quemdam de Hebræis fratribus suis. ||

12 Cumque circumspexisset huc atque illuc, & nullum adesse vidisset, percussit Ægyptium abscondit sabulo.

13 Et egressus die altero conspexit duos Hebræos rixantes: dixitque ei qui faciebat injuriam: Quare percussit proximum tuum?

14 Qui respondit: Quis te constituit principem & judicem super nos? num occidere me tu vis, sicut heri occidisti Ægyptium? Timuit Moyses, & ait: Quomodo palam factum est verbum istud?

15 Audivitque Pharaon sermonem hunc, & quærebat occidere Moysen: qui fugiens de conspectu ejus, moratus est in Terra Madian, & sedit juxta puteum.

16 Erant autem sacerdoti Madian septem filia, quæ venerunt ad hauriendam aquam: & impletis canalibus adaquare cupiebant greges patris sui.

17 Supervenere pastores, & ejecerunt eas: surrexitque Moyses, & defensis puellis, adaquavit oves earum.

18 Quæ cum revertissent ad Raguel patrem suum, dixit ad eas: Cur velocius venistis soliti?

19 Responderunt: Vir Ægyptius liberavit nos de manu pastorum: insuper & hausit aquam nobiscum, potumque dedit ovibus.

20 At ille: Ubi est? inquit. Quare dimisistis hominem? vocate eum ut comedat panem.

21 Juravit ergo Moyses quod habitaret cum eo. Accepitque Sephoram filiam ejus uxorem:

22 quæ peperit ei filium quem vocavit Gersam, dicens: Advena fui in terra aliena. Alterum vero peperit, quem vocavit Eliezer, dicens: Deus enim patris mei adjutor meus eripuit me de manu Pharaonis.

23 Post multum vero temporis mortuus est rex Ægypti: & ingemiscerent filii Israel, propter opera vociferati sunt: ascenditque clamor eorum ad Deum ab operibus.

24 Et audivit gemitum eorum, ac recordatus est fœderis quod pepigit cum Abraham, Isaac & Jacob.

25 Et respexit Dominus filios Israel, & cognovit eos.

CAPUT III.

*Dominus Moysi, oves Jethro socii pascenti, in rubo apprensus, mittit eum etiam revertentem ad filios Israel de manu Pharaonis liberandos, spoliatis Ægyptiis.*

1 **M**oyses autem pascebat oves Jethro socii sui sacerdotis Madian: cumque minasser gregem ad interiora deserti, venit ad montem Dei Horeb.

2 Apparuitque ei Dominus in flamma

\* Patrem hic quidam avum interpretatur: Et colligi posse videtur ex Num. 10. 29. Confer. cum Genes. 24. 48. || Infr. 18. 2. 3. 1. Par. 23. 15.

Ann. M. 2513. Ant. Ch. 1492. Moysi 80. \* j. Angelus, ut docet nos Stephan. Act. 7. 30.

|| Infr. 6. 20. || Heb. 11. 23. \* An. M. 2433. Ant. Ch. 1571. Anno 41. post mortem Levi. || Act. 7. 21. Heb. 11. 23.

\* An. ætatis 40. M. 2473. Ant. Ch. 1531. † Unum ex præfectis operum. Philo. || Hebr. 11. 24.

ignis de medio rubi: & videbat quòd rubus arderet, & non combureretur.

3 Dixit ergo Moyfes: Vadam, & videbo vifionem hanc magnam, quare non comburatur rubus.

4 Cernens autem Dominus quòd pergeret ad videndum, vocavit eum de medio rubi, & ait: Moyfes, Moyfes? Qui respondit: Adfum.

5 At ille: Ne appropies, inquit, huc; solve calceamentum de pedibus tuis: locus enim, in quo ftas, terra fancta est.

|| *Matth.* 22. 32. *Marc.* 12. 26. *Luc.* 10. 37.

6 Et ait: || Ego fum Deus patris tui: Deus Abraham, Deus Ifaac, & Deus Jacob. Abfcondit Moyfes faciem fuam: non enim audebat afpicere contra Deum.

7 Cui ait Dominus: Vidi afflictionem populi mei in Ægypto, & clamorem ejus audivi propter duritiam eorum qui prafunt operibus;

8 & fcienf dolorem ejus, defcendi ut liberem eum de manibus Ægyptiorum, & educam de terra illa in terram bonam, & fpatiosam, in terram quæ fluit lacte & melle, ad loca Chananai, & Hethai, & Amorthai, & Pherezai, & Hevæi, & Jebufai.

9 Clamor ergo filiorum Ifrael venit ad me: vidique afflictionem eorum, quæ ab Ægyptiis opprimuntur.

10 Sed veni, & mittam te ad Pharaonem, ut educas populum meum, filios Ifrael de Ægypto.

11 Dixitque Moyfes ad Deum: Quis fum ego ut vadam ad Pharaonem, & educam filios Ifrael de Ægypto?

12 Qui dixit ei: Ego ero tecum: & hoc habebis fignum, quòd miferim te: Cùm eduxeris populum meum de Ægypto, imolabis Deo fuper montem iftum.

13 Ait Moyfes ad Deum: Ecce ego vadam ad filios Ifrael, & dicam eis: Deus patrum veftrorum mifit me ad vos. Si dixerint mihi: Quod eft nomen ejus? quid dicam eis?

14 Dixit Deus ad Moyfen: EGO SUM QUI SUM. Ait: Sic dices filiis Ifrael: QUI EST, mifit me ad vos.

15 Dixitque iterum Deus ad Moyfen: Hæc dices filiis Ifrael: Dominus Deus patrum veftrorum, Deus Abraham, Deus Ifaac, & Deus Jacob mifit me ad vos: hoc nomen mihi eft in æternum, & hoc memoriale meum in generationem & generationem.

16 Vade, & congrega feniores Ifrael, & dices ad eos: Dominus Deus patrum veftrorum apparuit mihi, Deus Abraham, Deus Ifaac, & Deus Jacob, dicens: Vifitans vifitavi vos, & vidi omnia quæ acciderunt vobis in Ægypto:

17 Et dixi ut educam vos de afflictione Ægypti, in terram Chananai, & Hethai, & Amorthai, & Pherezai, & Hevæi, & Jebufai, ad terram fluentem lacte & melle.

18 Et audient vocem tuam: ingredierifque tu, & feniores Ifrael, ad regem Ægypti, & dices ad eum: Dominus Deus Hebræorum vocavit nos: ibimus viam trium dierum in folitudinem, ut immolemus Domino Deo noftro.

19 Sed ego fcio quòd non dimittet vos rex Ægypti ut eatis, nifi per manum validam.

20 Extendam enim manum meam, & percutiam Ægyptum in cunctis mirabilibus meis, quæ facturus fum in medio eorum; poft hæc dimittet vos.

21 Daboque gratiam populo huic coram Ægyptiis: || & cùm egrediemini, non exitis vacui: || *Infr.* 11. 21.

22 fed poftulabit mulier à vicina fua & ab hofpita fua, vafa argentea & aurea, ac veftes: ponetifque eas fuper filios & filias veftras, & fpoliabitis Ægyptum. || *12. 35.*

## CAPUT IV.

*Moyfes tribus fignis à Deo acceptis, in Ægyptum cum uxore proficifcitur: uxor circumcidit filium: Aaron fratri Moyfi occurrit, fimulque venerunt ad filios Ifrael.*

1 **R**espondens Moyfes, ait: Non credent mihi, neque audient vocem meam, fed dicent: Non apparuit tibi Dominus.

2 Dixit ergo ad eum: Quid eft quod tene in manu tua? Respondit: Virga.

3 Dixitque Dominus: Projice eam in terram. Projecit, & verfa eft in colubrum, ita ut fugeret Moyfes.

4 Dixitque Dominus: Extende manum tuam, & apprehende caudam ejus. Extendit, & tenuit: verfaque eft in virgam.

5 Ut credant, inquit, quòd apparuerit tibi Dominus Deus patrum fuorum, Deus Abraham, Deus Ifaac, & Deus Jacob.

6 Dixitque Dominus rurfum: Mitte manum tuam in finum tuum. Quam cùm miffifet in finum, protulit leprofam inftar nivis.

7 Retrahe, ait, manum tuam in finum tuum. Retraxit & protulit iterum, & erat fimilis carni reliquæ.

8 Si non crediderint, inquit, tibi, neque audierint sermonem figni prioris, credent verbo figni fequentis.

9 Quod fi nec duobus quidem his fignis crediderint, neque audierint vocem tuam; fume aquam fluminis, & effunde eam fuper aridam, & quidquid hauseris de fluvio, vertetur in fanguinem.

10 Ait Moyses: Obsecro Domine, non sum eloquens ab heri, & nudius tertius: & ex quo locutus es ad servum tuum, impeditioris & tardioris linguæ sum.

11 Dixit Dominus ad eum: Quis fecit os hominis: aut quis fabricatus est mutum & surdum, videntem & cæcum? nonne ego?

¶ *Matt.*  
10. 20. 12 Perge igitur, ¶ & ego ero in ore tuo: doceboque te quid loquaris?

13 At ille: Obsecro, inquit, Domine, mitte quem missurus es.

14 Iratus Dominus in Moysen, ait: Aaron frater tuus levites, scio quòd eloquens sit: ecce ipse egreditur in occursum tuum, videntisque te lætabitur corde.

¶ *Infr.*  
7. 2. 15 Loquere ad eum, & pone verba mea in ore ejus, & ego ero in ore tuo, & in ore illius, ¶ & ostendam vobis quid agere debeatis.

16 Ipse loquetur pro te ad populum, & erit os tuum: tu autem eris ei in his quæ ad Deum pertinent.

17 Virgam quoque hanc sume in manu tua, in qua facturus es signa.

18 Abiit Moyses, & reversus est ad Jethro socerum suum, dixitque ei: Vadam, & revertar ad fratres meos in Ægyptum, ut videam si adhuc vivant. Cui ait Jethro: Vade in pace.

19 Dixit ergo Dominus ad Moysen in Madian: Vade, & revertere in Ægyptum: Mortui sunt enim omnes qui quærebant animam tuam.

20 Tulit ergo Moyses uxorem suam, & filios suos, & imposuit eos super asinum, reversusque est in Ægyptum, portans virgam Dei in manu sua.

21 Dixitque ei Dominus revertenti in Ægyptum: Vide ut omnia ostenta quæ posui in manu tua, facias coram Pharaone: ego indurabo cor ejus, & non dimittet populum.

22 Diceſque ad eum: Hæc dicit Dominus: Filius meus primogenitus Israel.

23 Dixi tibi: Dimitte filium meum ut serviat mihi; & noluiſti dimittere eum: ecce ego interficiam filium tuum primogenitum.

24 Cumque effet in itinere, in diversorio occurrit ei Dominus, & volebat occidere eum?

25 Tulit illicòd Sephora acutissimam petram, & circumcidit præputium filii sui, tetigitque pedes ejus, & ait: Sponsus sanguinum tu mihi es.

26 Et dimisit eum postquam dixerat: Sponsus sanguinum, ob circumcisionem.

27 Dixit autem Dominus ad Aaron: Vade

in occursum Moysi in desertum. Qui perrexit obviam ei in Montem Dei, & osculatus est eum.

28 Narravitque Moyses Aaron omnia verba Domini quibus miserat eum, & signa quæ mandaverat.

29 Veneruntque simul, & congregaverunt cunctos seniores filiorum Israel.

30 Locutusque est Aaron omnia verba quæ dixerat Dominus ad Moysen: & fecit signa coram populo,

31 & credidit populus. Audieruntque quòd visitasset Dominus filios Israel, & quòd respexisset afflictionem illorum: & proni adoraverunt.

## CAPUT V.

*Moyses & Aaron Pharaoni Dei mandata referunt: que ille contemnens, gravius Israëlitas premit negatis paleis; quod audiens Moyses orat pro eis Dominum.*

1 **P**ost hæc ingressi sunt Moyses & Aaron, & dixerunt Pharaoni: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Dimitte populum meum ut sacrificet mihi in deserto. A. Moſis  
80. Aaron 81.  
Mundi  
2513.  
Ant. Ch.  
1421.

2 At ille respondit: Quis est Dominus, ut audiam vocem ejus, & dimittam Israel? nescio dominum, & Israel non dimittam.

3 Dixeruntque: Deus Hebræorum vocavit nos, ut eamus viam trium dierum in solitudinem, & sacrificemus Domino Deo nostro: ne fortè accidat nobis pestis aut gladius.

4 Ait ad eos rex Ægypti: Quare Moyses & Aaron sollicitatis populum ab operibus suis? ite ad onera vestra.

5 Dixitque Pharao: Multus est populus terræ: videtis quòd turba succreverit: quantum magis si dederitis eis requiem ab operibus?

6 Præcepit ergo in die illo præfectis operum, & exactoribus populi, dicens:

7 Nequaquam ultra dabit is paleas populo ad conficiendos lateres sicut prius: sed ipsi vadant, & colligant stipulas.

8 Et mensuram laterum, quam prius faciebant, imponetis super eos, nec minuetis quidquam: vacant enim, & idcirco vociferantur, dicentes: Eamus, & sacrificemus Deo nostro.

9 Opprimantur operibus, & expleant ea: ut non acquiescant verbis mendacibus.

10 Igitur egressi præfecti operum & exactores, ad populum dixerunt: Sic dicit Pharao: Non do vobis paleas:

11 ite, & colligite sicuti invenire poteritis, nec minuetur quidquam de opere vestro.

12 Dispersusque est populus per omnem